S. Oliua riceue nella piazza di Tunisi con un colpo di spada il martirio in età d'anni 21, l'anima sua è ueduta dal popolo in forma di Colomba uolare al Cielo

Gio. Batta Calandruci del. Gio. Batta Sintes Scul.

Dicta sententia per Tyrannum, S. Oliva percussione gladii Martyrii coronam accepit.

DIscipulos consecuta statim Oliva est: nam dictâ per Tyrannum sententiâ (24) victis Barbaris, & Tyranni sęvitiâ superatâ, multisque aucta tormentorum trophæis, tandem in foro Tuneti gladio percussa, Martyrii coronam accepit. Ejus anima in specie candidæ Columbæ egressa de corpore, inspectantibus universis, Angelorum manu, cum hymnis, & canticis in Cœlum conscendere visa est.

Passa est die 10. Junii anno salutis 463. cum supra vigesimum, primum ageret annum, gubernante Ecclesiam Dei Sancto Hilario, tertio sui Pontificatus anno, temporibus Leonis, & Severi Imperatorum.

(24) *Ferrar. Octav. Cajet. Mongit. pag. 91. Inveges pag. 394. & alii.*

Pronunciò ſentenza di morte il Tiranno, e la Santa Vergine ricevè la corona del Martirio.

SEguì ſubito alla morte di queſti quella d'Oliva, imperciocchè omai ſtanco il Tiranno di tormentarla, vedendo che le ſteſſe pene le riuſcivano iſtrumenti di gloria, pronunziò contro di eſſa ſentenza di morte; La Santa Vergine moſtrò non minor giubilo nel ſentire l'avviſo, che intrepidezza nel riceverla al colpo d'una ſpada, per mano del Carnefice nella publica Piazza di Tuniſi, eſſendo d'anni ventuno, a' 10. Giugno del 463. governando la Chieſa di Dio S. Ilario Papa l'anno terzo del ſuo Ponteficato, eſſendo Imperadori Leone, e Severo.

Così finì Oliva il corſo della ſua innocentiſſima vita, vinto il Tiranno, ricca di palme, onuſta di tanti trofei, quanti tolſe ſeguaci all'Ereſia. L'Anima ſua fù veduta da tutto il popolo volare al Cielo in ſimiglianza di candida Colomba, accompagnata da ſchiere Angeliche, le quali andavano cantando feſtivi peani alle ſue vittorie, e trionfi.

Cor-

Il Corpo di S. Oliua essendo trasportato da Christiani in Palermo, uiene sepolto uicino le sue mura, (come dicesi nell' istoria.)

Gio. Batta Calandruci del. — Girolamo Frezza Scul.

Corpus S.Olivæ Christianorum studio Tuneto raptum in ipsa Urbe Panormi, vel prope muros conditum est.

Corpus verò ipsius Christianorum operâ; qui Olivæ prædicatione conversi superérant, Tuneto raptum, atque in Siciliam clam translatum (ut sæpè aliàs factum in similibus casibus) in ipsa urbe Panormi, vel prope muros condiderunt,(25) Cujus Virginis martyrio, & meritis perducat nos Christus Dominus ad æterna gaudia, qui vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen,

Il

(25) *Octav.Cajet. Inveges. Mongit. Spucces. Pirrus, & Alii.*

Il Corpo di S.Oliva fù rapito da Criſtiani, e da' medeſimi traſportato, e ſepellito in Palermo, o vicino le ſue mura.

LAſciato da Barbari il Corpo eſangue in terra o per maggior diſprezzo di quella, o più toſto per diſpoſizione divina, indi fù rapito da Criſtiani convertiti alla Fede dalla predicazione d'Oliva, e da' medeſimi poi trasferito in Palermo ſua Patria (come ſuol accadere in ſimili caſi) acciocchè foſſe la cuſtodia delle di lei Reliquie quella che l'aveva donato la vita. In qual luogo l'aveſſero ſepellita, ſe dentro, o fuori la Città, ſono tra ſe diſcordi li Scrittori.

Affer-

S. Oliua essendo stata martirizzata in Tuni=
si Città dell' Africa, da alcuni Cristiani il suo
corpo è furtiuamente trasportato, et imbar=
cato per portarlo in Palermo sua patria

Gio. Batta Calandruci del. Gio. Batta Sintes Sc.

Affertur probabilis opinio ubi, & quo loco conditum fuerit Corpus S. Olivæ, & multa ſuadent.

DIu quæritur, quis fuerit is locus intrà, extrave Urbem, in quo S. Olivæ Corpus depoſitum fuit. (26) Sæpè Panormitanorum Civium in Olivam affectus, pleriſque intrà Urbem locis inveniendo corpori defodit, ſed irrito conatu. Præteritis temporibus defoſſa eſt Ædes S. Michaëlis Archangeli, energumeno quodam revelante, atque illic repertum caput neſcio cujus Roſanæ, & annulus Sanctæ Olivæ, eaque oſtenſa ut vera: ſed vanâ, nullâque fide, ut ab eo profecta, qui mendax ab initio fuit. Nec multò poſt jactum in vulgus Sanctæ Olivæ corpus inventum, cameli corio conſutum, & clam in Hiſpanias deportatum, purum putum mendacium fuit.

Antequam opinionem de conditorio Sanctæ Olivæ referam, monitum, mi lector, te velim: S. Olivæ antiqua Ædes ſacra fuerat erecta, quo loco ſepultam fuiſſe traditio eſt. Locus eſt ab Urbe non procul ſemotus, à mari verò mille paſſibus ſubductus, in quem ut noſtri primi Patres Minimi inducerentur, egit (27) Excellentiſſimus Eques Hector Pignatellus,

D Dux

(26) *Octav. Cajet. in animadver. ad tom. 2. SS. Siculorum fol. 29. Joſeph Spucces in Vitam. Inveges nel Palermo Sacro fol. 398. 399. Marcellus Craſſo. Bernardinus Faſo, & Alii.*
(27) *Franciſcus Lanovius in Chronicon Generale anno 1518.*

Dux Montis Leonis, Siciliæ Prorex, quod anno 1518. ad diem 9. Mensis Novembris factum est. Quod aliquantò post à Clemente Septimo Pontifice Maximo probari edito diplomate sub die 31. Mensis Martii anno 1525. nostri curaverunt. Pignatellus Prorex præcipuâ in nostros benevolentiâ fuit, & pro benevolentia liberalis, quem animum induerat, cum jure belli captus à Carolo VIII. Rege in Galliam obductus apud Turonenses in custodia teneretur; ad eum enim Beatus Pater, qui tum in vivis erat, copiâ sibi factâ venerat, & inter verba, quibus eum solabatur, fore prædixerat, ut brevi, libertate donaretur, ac deinceps per octodecim annos Siciliam Regis nomine, & potestate moderaretur. Id cum ità contigisset, in beneficio habuit rei gestæ memoriam, quam tantò ante sibi denunciatam satìs mirari non poterat. Nihil ergo prætermisit, quo posset nostris rebus favere. Certè illo præeunte nihil defuit ad Monasterii opus promovendum, & perficiendum, quare non magnificum modò, sed & amplum, maximùmque prodiit.

Igitur in Ecclesia S. Olivæ sacellum esse, quod illam introëuntibus tertium est. Illic propter Aram è cornu Epistolę puteus ostenditur, in quo fama est Corpus S. Olivæ conditum esse. Neque abhorrere à vero, multa suadent. I. Ædes ipsa, puteus, historia Sanctæ Olivæ. II. Prodigia. III. Loci veneratio, & miracula. IV. Visa. V. Vetus opinio, ac traditio.

Suadet

Suadet primùm Ædes, quam verisimile est ab Antiquis Civibus extructam, quo loco conditum Corpus Divæ. Et puteus ipse probabilem rem facit, in quo tutò potuit condi Corpus. Neque historiæ locus hic adversatur, nam propè Urbis mœnia, ut in ea dicitur, est; ac centum ferè passibus ab illa distat.

Secundùm. Prodigia. Nam cum in ore nullus ventus, flatusque sentiatur, ubi tamen in puteum descenderis ad sex ferè dodrantes supra aquam, caverna intus protenditur, in qua S. Olivæ Corpus esse creditur, (28) atque ad ejus cavernæ oris ingressum, is terræ anhelitus, ventusque redditur, ut lumen quamquàm magnum, & bene etiam quâvis laternâ occlusum restinguat. Quin & loco numen, nam ingressum meditantes perterret, & ingredi ausos exanimavit.

(28) *Octav. Cajet. in animadver. ad tom. 2. Spucces. Inveges. Mongitore, & Alii.*

S'apporta opinione probabile ove, & in qual luogo fosse stato sepellito il Corpo di S. Oliva, del che molte congetture ci danno motivo di accertare la verità.

L'*Affetto, e la divozione de' Palermitani verso la Santa Concittadina non à lasciato diligenza, non à risparmiato a fatiga per rinvenirne con la tomba il sagro Deposito: à scavato più luoghi della Città, ma sempre è rimasta delusa nelle sue brame. Molti anni sono fece cavare nella Chiesa dell'Arcangelo S. Michele mossa dall'attestazione d'un Energumeno; Si trovò ivi una testa d'una tale, detta Rosana, di cui non si sa memoria, come anche un'anello di S. Oliva; ma riuscì vana la speranza, e nulla ebbero queste cose appresso il Popolo credito, come uscite dal Padre delle bugie. Poco dopo si sparse fama nel volgo, che trovatosi già il Corpo della Santa Vergine fosse stato trasportato in Ispagna cucito dentro un cuojo di camelo; ma anche questo fù invenzione di bell' ingegno.*

Prima di riferire ciò, che probabilmente se ne può giudicare intorno al sepolcro della nostra Santa Vergine, e Martire, deesi avvertire, che fuora le mura di Palermo non molto lungi dalla Città da quella parte, che chiamasi, Fuori la Porta di Carini, trovavasi un' antica, e piccola Chiesa, sotto titolo di S. Oliva, in qual luogo era, & è commune tradizione essere il suo sagro Corpo sepolto. Fù questa l'anno 1518. *sotto li* 9. *del mese di Novembre, mercè il*

patro-

patrocinio, e l'autorità dell'Eccellentiss. D. Ettore Pignatelli Duca di Monte Leone, allora Vicere di Sicilia conceduta a' Padri Minimi, li quali ajutati dalla pietà de' Principali Cavalieri di Palermo con larghe limosine, fabricarono nel medesimo luogo un maestoso Tempio, & un magnifico Monistero, sì per la spesa della fabrica, come per la disposizione delle sue parti riguardevole; non mancandovi cosa, che o diminuisca la sua nobiltà, o che oscuri il suo splendore. Concorse alla struttura di questa celebre casa non solo l'autorità Reggia mediante la protezione del mentovato Sig. Vicere, quale in segno di gratitudine verso il Santo Fondatore Francesco da Paola, per la liberazione profetizatagli, fin da quando trovavasi prigioniero in Francia, s'era compromesso di promovere i vantaggi della sua Religione; ma ancora quella della S. Sede Apostolica, concedendosi dalla fel. mem. di Clemente Settimo allora Sommo Pontefice con suo Breve spedito in Roma sotto li 31. di Marzo dell' anno 1525. facoltà a' nostri Padri di fondare in Palermo una Chiesa, e Convento per la loro abitazione.

In questa Chiesa nell' entrare in essa a man destra si trova una Cappella di S. Oliva, terza nell' ordine: quivi vicino l'Altare dalla parte corrispondente all'Epistola si vede un profondissimo pozzo, chiuso con picciola lapide, nel quale si crede trovarsi sepellito il Corpo di S. Oliva. Comprovasi questa credenza dall' istessa Chiesa, e pozzo, chiamati communemente di S. Oliva, anzi tutta la pianura, che si stende sotto il Tempio accennato non passa sotto altro titolo, e nome appresso i Cittadini, che di Piano di S. Oliva.

Secondo da' prodigj, che ſono ſtati oſſèrvati in detto pozzo. Terzo dalla venerazione, e miracoli mercè le ſue acque operati. Quarto dalle apparizioni frequenti della Santa, e finalmente dall' antica fama, e tradizione.

In quanto al primo è aſſai veriſimile, che da quei antichi Criſtiani, ivi foſſe ſtata fabricata la già detta Chieſolina alla Santa Vergine, ove communemente credevaſi conſervato il ſuo Corpo: & il pozzo medeſimo ci ne ſomminiſtra probabile congettura, eſſendo opportuno alla ſicurtà della cuſtodia di sì prezioſo Teſoro: nè ſi oppone a queſto ſentimento la verità dell' Iſtoria, la quale afferma eſſere ſtato ſepolto vicino le mura della Città; il che ben ſi verifica del noſtro Tempio, eſſendo non più che cento paſſi in circa diſtante da quella.

Per quello riguarda il ſecondo fondamento di queſta opinione, è da ſaperſi, che quante volte occorre aprire l'accennato pozzo, per prendere dell' acqua a benefizio degl' infermi, che la ricercano, non ſi è oſſervato mai uſcire dalla ſua bocca alcun ſoffio di vento. Sappiamo nulla però dimeno per relazione di chi ne à fatto la ſperienza, che calandoſi in eſſo quaſi alla metà, ſi ſcuopre una caverna ben diſteſa, dove ſi crede naſcoſto il Corpo della Santa, e dall' apertura di eſſa tira un vento così empituoſo, e veemente, che ſmorza qualſiſia gran lume, eziandio chiuſo dentro lanterna, anzi porta ſeco un tale orrore, che ſpaventa chiunque voleſſe tentare l'ingreſſo.

Due Frati Minimi tentano di trouare il Corpo di S. Oliua nel pozzo della sua cappella, ma sono sorpresi da timore

Gio. Batta Calandruci del. *Gio. Batta Sintes Sc.*

Duo Fratres Minimi desiderio accensi inveniendi Corpus S. Olivæ in periculo sunt.

SEd enim duo viri è nostra Minimorum Familia desiderio inveniendi Corporis S. Olivæ, dies aliquot pane, & aquâ, corporisque macerationibus, ac precibus transegere. (29) Demum alter illorum, ubi in puteum descendit, & ad cavernæ fores devenit, proclamare cœpit, præmori se, proin extraheret. Neque alter ab incępto destitit, sed rem periclitari maluit. Ubi ad cavernam descendit, in majore periculo fuit. Penè exanimatus exinde extractus. Credendum est, non dum advenisse tempus, quo Deus thesaurum hunc nobis revelet.

(29) *Inveges fol.* 396. *Mongitore*, & *Octavius Cajetanus fol.*93. *nel Palermo Santificato.*

Due Frati Minimi accesi dal desiderio di rinvenire il Corpo di S. Oliva, si trovano in gran pericolo.

Con tutto ciò due de' nostri antichi Religiosi accesi di desiderio di trovare il Corpo della Santa, dopo alcuni giorni passati in continue penitenze, & orazioni, stabilirono scendere nel pozzo; scese dunque uno di essi, ma gionto alla bocca della caverna cominciò a gridare al compagno, che l'estraesse; poichè sentivasi venir meno, e temeva restar morto; tratto fuori, volle l'altro tentar la fortuna, ma provò maggiore pericolo del primo, cacciandolo più men che esanime: Questi avvenimenti ci fanno credere, non essere ancora compiuto il tempo da Dio stabilito alla invenzione d'un tanto Tesoro, riserbandosi dalla Divina Providenza per qualche estrema necessità, futura, grande, e publica miseria della sua Patria, a benefizio di tutto il Regno, & a gloria della Santa Chiesa Cattolica.

Aqua

L'acqua che si caua dal pozzo della Cappella di S. Oliua in Palermo è miracolosa per le quartane, e per gl'Ossessi.

Gio. Batta Calandrucci del. Girolamo Frezza Scul.

Aqua Sacelli S. Olivæ hausta morbos sanat, & Dæmones expellit.

TErtiùm. Idem persuadet loci veneratio, ac miracula, nam plerique haustâ è puteo aquâ, potâquè, præcipuè quartanâ laborantes convalescunt. (30) Energumenis etiam potanda traditur, quamquàm ii vix ut ebibant adduci possunt, & cum metu bibunt, ac vociferantur timere se illam; Olivæ nomen formidantes, ac nonnulli aquæ potu Dæmonibus erepti.

L'Acqua

(30) *Inveges. Mongit. Spucces. Pirrus cit. & Alii.*

L'Acqua della Cappella di S. Oliva bevuta ſana le infermità, e fuga i Demonj.

CHe queſto però ſi cuſtodiſca in detto luogo, lo confermano per terzo e la venerazione del medeſimo, & i miracoli ſovente accaduti: concioſiacoſacchè moltiſſimi con un ſorſo ſolo dell' acqua di detto pozzo ſono riſanati da varie infermità, da cui erano afflitti, e ſpezialmente ſuol recare ſalute ad oppreſſi da febre quartana. In oltre coſtumaſi dare a bere agl'invaſati da ſpiriti; benchè queſti a grande ſtento poſſono indurſi a beverla, e bevendola tremano, e con ſpaventoſe ſtrilla manifeſtano il timore, che di quella tengono, anzi molti col ſolo bere di quell' acqua ſono rimaſti affatto liberi dalla diabolica oppreſſione.

S. Oliua appare ad un frate nell' Orto, é l'aggiuta á cogliere i piselli del che ne restá scandalizato un secolare che poi in sogno fu ammonito dalla S.

Gio. Batta Calandrucci del. Gio. Batta Sintes Scul.

S. Oliva consect... Fratrem Minimum, illumque adj... in colligendis pisis.

QUartò. Addo visa, quæ firmant opinione... Ac primùm sub annum 1518. quo Olivæ Ædes, nostris Patribus tradita est: quodam die P. Antonius è Panormo ex eade... nostra Familia cum colligendis ex horto proximo pisis intenderet; profanus vir quidam fœminam vidit eum consectantem, unàque cum illo pisa colligentem: quâ visâ offensus, incensusque nocendi cupidine eam est consecutus: (31) at fœmina pedetentim recipere se sub proximas arbores hortorum, ubi evanuit. Hæsit homo ille attonitus, confususque, & conceptæ opinionis de Religiosis illis pœnitens, petitâ veniâ abscessit. Proximâ nocte, dormienti Virgo se obtulit, professa Olivam esse se, quam vidisset. PAUPERES ILLOS FRATRES JUVANTEM; LOCIQUE ILLIUS TUTELAREM ESSE, IN QUO CORPUS SUUM CONDERETUR. Probat hujusce veritatem antiqua traditio tum apud nostros Cœnobii Patres, tum apud Panormitanos Cives, ac præterea sacellum, quod ædificatum, quo loco D. Oliva evanuit, & adhuc manet.

S. Oliva

(31) *Auctores cit.*

S. Oliva si fa d'appresso aa Frate Minimo, e l'aggiuta a coglie. iselli.

IN quarto luogo confermasi questa, ..enza dalle replicate apparizioni della Santa. ..mieramente nell' anno 1518. quando fù conceduta a ..stri Padri l'antica Chiesolina di S. Oliva, trovando... giorno il Padre Antonio di Palermo nostro Religioso ..cupato a cogliere nel vicino Orto piselli, da una p..sona secolare fù veduta una bellissima giovanetta, ch.. in compagnia del Padre sudetto andava ancora racco.. gliendo di quelli. A tal vista scandalizzato l'uomo, e mosso da cattivo desiderio si pose a seguirli, ma la Donzella ritiratasi pian piano sotto gl'alberi convicini in un subito disparve. Rimase allora quegli non men attonito, che confuso del mal concetto formato de' nostri Religiosi, e pentito del suo sinistro giudizio, indi partissi; ma nella prossima vegnente notte mentre dormiva se gli presentò in sogno la veduta Giovane, dicendole, essere essa la Vergine Oliva il dì avanti da lui veduta, che ajutava quel povero Frate; & aver la Tutela di quel Luogo dove stava il suo Corpo sepolto. Corre di ciò continuata tradizione così appresso i nostri Padri come i Cittadini di Palermo; & in memoria di detta apparizione nel sito stesso dove la Santa disparve, vedesi una picciola Cappelletta nell' estremità dell' Orto, chiamato communemente di S. Oliva.

S. Oli-

S. Oliua porta caldo pane in una touaglia à PP. Minimi del Conuento di Palermo, che per non ritrouarsene differiuasi l'ora del pranzo.

Gio. Batta Calandruci del. *Gio. Batta Sintes Scul.*

S. Oliva, cum ſignum ad prandium protraheretur ob parſimoniam panis, mappam recenti cum pane Religioſæ Familiæ defert.

SUb annum 1556. cum die quâdam panis Religioſæ Familiæ deeſſet, ſignumque ad prandium protraheretur: Puellam egregiâ formâ, decorâque veſte ad Cœnobii fores extitiſſe, quæ mappam recenti cum pane perferret. (32) Janitorem verò Virginem interrogaſſe, quænam eſſet: atque illam OLIVAM reſpondiſſe: ſed janitor alia omnia cogitans donum introtulit, moxque reverſus, ut mappam redderet, neminem invenit. Exinde Virginem illam D. Olivam rati Patres mappam in honorem habuere, quæ diutius in eo Cœnobio aſſervata; & ad ægrotos deferri ſolita: dum huc, illucque circumfertur, deperdita eſt.

S. Oli-

(32) *Auctor. cit.*

S. Oliva perche differivasi il segno del pranzo alli Religiosi, per la mancanza del pane, ne porta caldo, e fresco avvolto in una tovaglia.

NEll' anno 1556. *mancando un giorno a' Frati del nostro Convento il pane, e differendosi perciò il solito segno del pranzo, fù veduta alla porta del Monistero una Donzella di leggiadro aspetto, e con ricchissima veste portare dentro una bianca tovaglia del pane fresco. Interrogata dal portinajo chi fosse; rispose essere* Oliva; *ma quegli null' altro considerando portò dentro il dono, e subito ritornato per restituire il panno lino, non ritrovò alcuna. Dal che giudicando i Padri essere stata quella Giovane S. Oliva, tennero in gran venerazione quella tovaglia: quale conservata lungo tempo in quella Casa, finalmente col continuo portarsi all' infermi, che per loro divozione la richiedevano si smarrì con sommo cordoglio de' Religiosi, e Cittadini senza averne più notizia.*

S. Oliua porge cinque pani ad un Frate Minimo per quattro Religiosi, che sopragiunsero di notte, per non esseruene nel Conuento di Palermo.

Gio. Batta Calandruci del. Gio. Batta Sintes Scul.

S. Oliva quinque panes dono mittit Fratribus Minimis per Fratrem Oblatum.

COnſtat ſeniorum traditione ad poſteros inceſſanter tranſmiſsâ, quod diè quâdam, cum quatuor noſtri Ordinis Fratres circa ſecundam noctis horam ad dictum Sanctæ Olivæ Conventum inexpectati perveniſſent, nihil habens ſuperior, quo ſuos hoſpites poſſet reficere, miſit proinde ad Civitatem Fratrem Hieronymum Siculum Oblatum, ut panem ſaltem adduceret. (33) Cumque ille præ nimia noctis obſcuritate, & ingenti pluvia querulus aliquantiſper inceſſiſſet: En Puella candidis veſtibus induta propè Crucem ante Monaſterium erectam, ipſi fit obviam. Interrogat de itinere, ac de neceſſitate; ipſiſque auditis, Fratrem timore correptum videns, DEPONE, inquit, METUM INTEMPESTIVUM, ET HOS QUINQUE PANES AFFER TUO CORRECTORI, QUOS FRATRIBUS MEIS DONO MITTO. Stabat Oblatus timens, ac ſtupens, magìſque fugere, quàm appropinquare cogitabat. Agnoſcens Virgo Fratris timorem, iterum ait: ACCEDE FILI ABSQUE PAVORE, ET NUNCIA FRATRIBUS MEIS, QUÒD OLIVA HOS EIS PANES TRANSMITTIT. Quo audito Frater ſecurus acceſſit, acceptiſque è manibus Virginis panibus recentibus, ac albis nobili

(33) *Inveges cit. fol 395. P. Lucas Montoja lib. Tercero fol. 170 nella Cronica di S. Franc. de Paula. Anton. Mongit. loc. cit. & Alii.*

nobili linteo involutis, mox Sancta Puella evanuit, ingenti Oblatus consolatione, ac gaudio repletus celeriter ad Conventum remeavit, ac Correctori universa, quæ sibi evenerant, aperuit. Cuncti panis candorem, coloremque admirabantur; tum vix super mensam apposuere, & statim tobalea, quâ involvebantur, disparuit. Id novo Fratres affecit stupore, certioresque reddidit Sanctæ Virginis erga se PATROCINII, ATQUE BENEVOLENTIAE.

S. Oliva manda cinque pani per mezo d'un Frate Oblato alli Religiosi Minimi.

UN *altro simile, ma con diverso avvenimento, narrano li Scrittori, e fù che arrivati quattro Frati una notte alle due ore in Convento, e non avendo che cosa dar loro da cenare, il Padre Correttore inviò alla Città a procurare del pane l'Oblato Fra Geronimo: andava questi di mala voglia per essere la notte oscura, & il tempo piovoso: quando giunse alla Croce, quale sta situata d'innanzi al Convento vide una Donzella vestita di bianco, che chiamandolo a se dimandollo dove si andasse; rispose il Frate, che giva alla Città a prender pane per alcuni Religiosi Forastieri testè capitati in Convento.* Accostatevi quà, *disse la Santa,* e non temete, eccovi questi cinque pani, quali darete a' miei Fratelli. *Stava il Religioso tutto spaventato; e con animo più tosto di fuggire, che d'avvicinarsi alla Santa; ma questa replicò,* venite senza timore Figlio, e dite a' miei Fratelli, che Oliva manda loro questi pani. *In ciò udire fatto animoso il Religioso accostatosi alla Vergine, e ricevendo dalle sue mani cinque pani freschi, e bianchi involti dentro una tovaglia, subito la Santa disparve. Restò l'Oblato ripieno d'allegrezza, e consolazione, e ritornando frettoloso al Convento raccontò al Padre Correttore quanto gli era avvenuto. Rimasero tutti i Religiosi ammirati al vedere la bianchezza, e colore del pane, & appena lo posero sù la mensa, che d'un subito a vista di tutti*

 svanì

ſvanì la tovaglia, in cui era involto. A tal viſta furono ſorpreſi da nuova maraviglia; rimanendo confermati della benevolenza, e protezione *della Vergine glorioſa.*

S. Olì-

Vn Frate Etiope del 3.º Ordine de Minimi prega S. Oliua à manifestare il suo Corpo. le rispon= de non esser ariruato il tempo

Gio. Batta Calandrucci del. Gio. Batta Sintes Scul.

S.Oliva cuidam Æthiopi Tertii Ordinis Minimorum dicere ſolebat, non dum adveniſſe tempus manifeſtandi ſuum Corpus.

IN eiſdem Cœnobii hortis, eodemque loco, quo Ædicula S.Olivę dicata, cuidam Æthiopi Tertii Ordinis noſtri viro ſingulari religione ſæpè illic oranti, Diva Oliva viſa eſt, (34) quæ ab eo rogata, cur nollet Corpus detegi ſuum, reſpondere ſolita erat, nondum tempus adveniſſe; quod tum viſi fama approbat, tum viri probitas.

(34) *Octav. Cajet. in animadver. cit. Anton.Mongit. fol. 97. nel Palermo Santificato.*

S. Oliva era ſolita dire ad un Frate Minimo del Terzo Ordine, che non era ancora arrivato il tempo di manifeſtare il ſuo Corpo.

NEll' Orto di ſopra accennato, nel luogo medeſimo, dove è la riferita Cappelletta, più volte ſi è compiaciuta la Santa darſi a vedere ad uu Moro Religioſo Terziario dell' Ordine, uomo di ſingolare pietà, e virtù; mentre ſtava ivi orondo, e dimandandole queſti, perche non voleva, che il ſuo Corpo ſi foſſe manifeſtato, era ſolita riſpondere non eſſere ancora giunto il tempo determinato dalla Divina Providenza; il che ci fa credere oltre la fama commune, la bontà di quell' uomo.

S. Oliua si fa uedere da un Vngaro assisa con gran Ma-
está sopra il mantello d'un Padre dé Minimi mentre
staua seminando nell Orto del Cõnto di Palermo

Gio. Batta Calandruci del. — Gio. Batta Sintes Scul.

S. Oliva insigni venustate super pallium Fratris Minimi se prebet videndam Raduano.

JAm verò Christi anno 1586. quidam Ungari à Siciliæ Triremibus capti sunt, quos sacri Quæsitores Ecclesiæ reconciliatos per diversas Familias distribuere, ut Fidei nostræ Catholicæ Mysteriis instruerentur. (35) Ex iis duo commissi sunt Fratribus nostris, quorum alter, cui Raduano nomen, pio in D. Olivam affectu, ejus Ædiculam in secretis Cœnobii hortis ad salutandam Martyrem sæpiùs adibat; in eos autem hortos Pater Pacificus à Panormo ingredi solitus, & plantas serere delectabatur. Is igitur die quâdam cum hortos excoleret, pallium suum sub arbore reliquerat. Tum fortè Raduanus, dum ad Ædiculam sacram pergit, intectam Virginem insigni venustate super pallio considentem videt: quo viso offensus, malique suspicione in animum injectâ, ad Patrem Pacificum iter intendit. Inter eundum, retro conversus, Virginem non vidit. Facinus ad cœtum Patrum cum detulisset, Virginem extitisse D.Olivam censuere.

(35) *Octav. Cajet. cit. Mongit. cit. & alii.*

S. Oliva con gran maestà, e splendore si fà vedere da Raduano sopra il mantello d'un Frate Minimo.

IN oltre l'anno di Cristo 1586. essendo stati fatti prigionieri dalle galere di Sicilia alcuni Ungari, furono questi distribuiti, dagl' Inquisitori del Santo Officio in diversi Conventi di Religiosi, acciochè da' medesimi fossero istruiti ne' Misterj della nostra Cattolica Fede: due ne mandarono al Monastero di Palermo, uno de' quali chiamavasi Raduano: questo spinto da un divoto affetto verso la Santa Vergine, andava sovente a salutarla con fervorose preci nella sua Cappelletta, situata nell'estremità del giardino. Era solito andare in quello il Padre Pacifico di Palermo; dilettandosi per suo divertimento piantarvi alcuni arboscelli; mentre un giorno deposto sotto un' albero il mantello, stava egli coltivando l'Orto, entrò Raduano per fare alla Santa le sue consuete orazioni, e caminando vide a sedere sul mantello del P. Pacifico una Donzella di singolar bellezza; offeso da tal vista, e conceputo sinistro giudizio nell' animo, drizzò il passo alla volta del sudetto Padre: ma nel caminare rivolto in dietro, non vidde più la Giovane; onde avendo confessato in publica adunanza de' Religiosi il suo sospetto, tutti stimarono essere quella stata la Vergine S. Oliva.

S. Oliua nell'Orto del Cōto. dè PP. Minimi di Pal.° parla familiarmente, è manifesta il suo nome à Raduano Vnghero, poi s'allontana, è spari-sce.

Gio. Batta Calandruci del. Girolamo Frezza Sc.

S. Olivam ore cultuque pulcberrimo videt Raduanus, & cum eo familiariter alloquitur.

ALio die cum ad eoſdem hortos Raduanus pergeret, eodem in loco Virginem ore, cultuque corporis pulcherrimo contuetur. Exquirit ab ea, quæ foret, quâque viâ in hortos introiſſet: Virgo reſpondit: OLIVA SUM. (36) Raduanus viſo, verbiſque lætus, rurſum interrogat, Sancta Oliva es? ITA verò, ILLA reſpondit. Quo audito, cum Raduanus acceſſum ad Virginem aggrederetur, hæc ab eo recedens evanuit, & rei memoria adhuc recens eſt.

(36) *Auctor. cit.*

S. Oliva è veduta da Raduano con viſo, & abito di maeſtà, e le parla familiarmente.

UN altro giorno andando Raduano all'iſteſſo Orto ritrovò ivi la Santa Vergine con aſpetto vaghiſſimo, e veſti pompoſe: accoſtatoſi a lei interrogolla chi foſſe, e per quale ſtrada penetraſſe al Giardino: riſpoſe la Donzella: Sono io Oliva. Conſolato da queſta viſta, e riſpoſta Raduano ripigliò: S. Oliva ſei tu? Così è, quella ſoggiunſe, il che udito, mentre voleva avvicinarſi più a lei, in un ſubito gli ſparve dagl' occhi. Si conſerva di queſti avvenimenti eziandio a giorni noſtri freſca memoria appreſſo a' Religioſi.

S. Oliua, mentre il Superiore del Con̄to di Pal.° staua raddrizzando alcune uiti sù la pergolà dell' Orto fù ueduta da molti Religiosi sopra il mantello del medemo con gran splendore

Gio. Batta Calandrucci del.   Gio. Batta Sintes Scul.

S. Olivam Religiosi in viridario existentes super pallium Correctoris considentem vident.

QUâdam die erant Religiosi in viridario, unà cum eis aderat Pater Placidus Talaja Conventus Corrector, qui super humum pallium deposuit, ut vitem è trabe prolabentem erigeret. Tunc adstantes Fratres Sanctam Virginem super pallium considentem aspexere vultu solis instar corruscante.(37) Cum verò ad Correctorem accederent, ut cœlestis visionis participem facerent, evanuit Diva, eosque nimiùm tristes reliquit, eo quòd sortem, illâ diutius fruendi amiserant. Tum horti custos, qui erat de Familia, professione Laicus, confessus est sibi pluries Sanctam Virginem videndam præbuisse, simili venustate, ac fulgore, quo paulò ante apparuerat; imò aliquando, eam usque ad viridarii Ædiculam insectatus, ubi illò advenisset, statim disparuit.

S. Oli-

(37) *Inveges fol.397. P. Lucas Mentoja cit. fol.170.*

S. Oliva mentre i Religiosi stavano nel Giardino, si fa vedere assisa sopra il mantello del loro Correttore.

UN giorno stando i Religiosi nel Giardino del Convento, e con essoloro il Padre Placido Talaja Correttore; depose questi in terra il mantello affine di raddrizzare alcune viti pendenti da un pergolato. Viddero allora i Frati la Santa, che stava a sedere sopra il mantello del Padre Superiore, ma con un volto più risplendente del Sole: ma andando frettolosi da quello; per fargli godere questa celeste visione, ecco che la Santa disparve, rimanendo essi non poco afflitti; considerando d'aver perduto l'occasione di goderla più lungo tempo. Allora il Giardiniero (qual'era un Religioso Laico) raccontò loro, che molte volte gli era comparsa in simiglievol forma, e splendore la Santa Vergine; e che in una l'avea seguitata sino alla Cappelletta del Giardino, dove arrivato ella disparve.

S. Oli-

S. Oliua si tiene offesa da un'Ortolano per auer negato poche erbe à Frati Minimi di Pal.º; comanda à questi, che se ne faccino prouisione necessaria, l'accompagna sino al Monistero; è si troua risarcito il danno con miracolo

Gio. Batta Calandrucci del. Gio. Batta Sintes Sculp.

S. Oliva increpat custodem proximi horti Conventus de non præstita misericordia Fratribus Minimis.

ALia quoque Olivæ apparitio, (prætermissis nonnullis aliis, quæ referuntur à Luca Montoja): (38) Cum præfatus Sanctæ Olivæ Panormitanus Conventus leguminum, olerumque inopiâ laboraret; quibus nostri assiduè vesci mos est; Duo ex Religiosis ad vicinum hortum se contulere, ut aliquid ex eo decerperent; renitebat adolescens, qui horti custodiæ præerat, quamvis eum non lateret, dominum singulari erga nostrum Parentem Franciscum de Paula affici devotione; rogabant Fratres, ut aliquid sibi colligendum permitteret pro ejus diei comestione. Verùm eorum precibus minimè acquiescens, vidit inter eos puellam se inclinantem ad herbas colligendas, simulque illis dicentem audivit, ut idem & ipsi agerent absque illius adolescentis timore: tunc is intrà se murmurare cœpit, quòd Fratres secum Mulierem in hortum duxissent. At hi impleto jam leguminibus, & herbis sacculo, Olivæ, quæ vultu hilari eis blandiebatur, profundè inclinantes recessere: Diva tamen ad horti custodem propinquans, eum graviter objurgavit; dicens: QUARE FRATRIBUS MEIS REM TAM PARVI PRETII MINIME DEDISTI, ET PERPERAM DE EIS SUSPICA-

(38) *Montoja cit. fol. 171.*

picatus fuisti. Tunc adoleſcens reſpondit, cauſam non traditæ eleemoſynæ extitiſſe olerum paucitatem: timens enim nequid vendendum craſtinâ die ſupereſſet, negavi. Ne' hoc tibi timorem incutiat, adjecit Oliva; cras enim videbis quomodo Deus elargitam eleemosynam multiplicabit, augebitque. Stabat juvenis ſtupens, & pavens ad aſpectum pulcherrimæ puellæ, candidâ amictæ chlamyde, & formâ prorſus diversâ ab ea, quâ Mulieres tunc temporis utebantur; voluit ſe ad pedes ipſius proſternere, ut veniam peteret. At Diva quaſi offenſa de non præſtita miſericordia, terga vertit, & versùs Coenobium iter arripuit; ſequebatur eam cuſtos, tum ante ipſas Monaſterii fores eam magno cum ſplendore evaneſcere aſpexit, quare ad hortum mærens revertitur, ac ſequenti die ſupra modum aucta, multiplicataque olera reperit, quod horti Domino, quamplurimiſque confluentibus enarrans, cunctos admiratione affecit.

Hæc literis mandavimus, nè Sanctæ Olivæ beneficiorum monumenta abolerentur, atque ex hiſce viſis intelligeremus, nonniſi ex magna cauſa, & propter calamitatem aliquam ſuæ Patriæ ejus illam loci Tutelarem præſeferre, & inibi videndam ſæpiùs offerre ſolitam, certo ferè argumento Divæ Olivæ Corpus ibi conquieſcere. Ità certò affirmant Auctores in vitam hujus Virginis. Unde ità moti ſunt ex his traditionibus antiqui noſtri

Reli-

Religiosi hujus Conventus S. Olivæ, & ità firmiter crediderunt ibi requiescere Corpus Virginis, ut à fel. mem. Clem. VII. obtinuerint Diploma Apostolicum cum facultate effodiendi Corpus Divæ, tempore suæ Inventionis; quod quidem Breve extat in Archivio prædicti Conventus sub dat. Romæ die 7. mensis Januarii 1524. (39.) Septimo Idus Januarii apud Panormum, S. Olivæ Patronæ, ac Tutelaris Panormitanorum, nostrique Cœnobii Protectricis effossio, & elevatio. Lanovius: item. Quarto Idus Junii Panormi S. Olivæ Civium, atque nostrorum Tutelaris, & Patronæ. fol. 138. & 646. & loquens de Conventu nostro Panormitano fol. 183. sic habet: Inter Tutelares Divas, maximâ veneratione popularem suam Olivam Virginem, atque Martyrem prosequitur, ei ab antiquo Ædes sacra fuerat erecta, quo loco sepultam fuisse traditio est, & inferiùs: Vulgò tamen S. Olivæ Titulum retinet, verè sibi proprium, & meritò retinendum, quæ enim totius Urbis Patrona est; PECULIAREM SE HUJUS LOCI TUTELAREM EXHIBET, quod quamplurimis apparitionibus prodidit. Item noster Pater Lucas Montoja Hispanus Libro Tercero anno 1518. fol. 169. de la Coronica general de la Orden de S. Francisco de Paula suo idiomate sic prosequitur: *Significandoles que ella tiene particolar cuydado de à quel Convento*, qui etiam dicit:

(39) *Inveges nel Palermo Sacro fogl. 398. Montoja cit. & Lanovius in Chronic. Ordinis Minimorum*, *sub anno* 1518.

cit: reperiri antiquam Scripturam in Archivio Ecclesiæ Cæphaludensis, quæ affirmat, sepulchrum S. Olivæ esse intrà mœnia nostri Panormitani Conventus.

Hæc autem omnia non ità rem evincunt, quin possit fortè deinceps certioribus indiciis alia confirmari opinio. Puta pro Ecclesia S. Michaëlis. Nam pro Hispania, cui ipsam assignat Ferrarius in gener. catalogo ad 11. Maii, nec ipse quidem Tomajus certet, agnoscens non alio fundamento id à Ferrario poni, quàm quia invenerit tali die adscriptam Kalendario, & Breviario Ordinis S. Mariæ de Mercede ipsis Religiosis ignorantibus causam. (40) Hæc enim mihi non alia esse videtur, quàm quia Tunetum adductam didicerint ex captivis Siculis, & translationem ejus aliquam tali die solemnissimè coli, aut etiam quia singulare aliquid circa captivos in Africa beneficium per eam adepti (quod tamen nunc obierit è memoria) suam gratitudinem toto Ordine testatam voluerint aliqui primarii in eo.

S. Oli-

(40) *Octav. Cajet. in animad. ad tom.2. Sanctor. Siculor. & alii.*

S. Oliva riprende agramente un Ortolano, per aver negata limosina a' Frati Minimi.

UN altra apparizione della gloriosa Santa Vergine Oliva viene riferita da Scrittori, & è nel modo che segue: era nel Convento grande scarsezza di legumi, ordinaria minestra de' Frati; per lo che passarono due Religiosi nell'Orto confinante per racogliere in esso un poco d'erbe, e di Frutti. Il giovane, che vi stava in guardia mostrò poco gusto di dargliele; avvengacchè il Padrone fosse molto divoto del nostro Padre S. Fancesco di Paola. I Religiosi non cessavano di pregarlo a dar loro qualche cosa per pranzo di quella mattina, ma quegli ostinato ricusava di compiacerli: quando ecco vede nel mezzo di essi una Donzella, che inchinata andava cogliendo dell' erbe, & udì dir loro, che facessero l'istesso senza timore di quel giovane. A tal vista scandalizzato questi cominciò a mormorare de'Frati, che avessero con esso loro condotto una Donna; ma essi avendo già empiuto una bisaccia di cicerchi, & erbe, fatta riverenza alla Santa, che con volto allegro l'accarezzò, avviaronsi al Convento: Indi Oliva accostatasi al custode dell'Orto aspramente ripreselo così della poca carità usata a quei Frati in non voler dare loro cosa di sì poco conto, come per anco sinistramente sospettato di essi. Rispose per sua discolpa il giovane, che poche erbe erano nel giardino, e dandone a' Religiosi, temeva non avere il dì seguente, che vendere. Replicò la Santa: non abbiate sollecitudine di questo, perche domani vedrai,

come

come sà Iddio moltiplicare questa limosina. Stava il giovane attonito, e spaventato nel vedere sì bellissima Donzella, tutta vestita di bianco, in una moda affatto diversa dalle donne di quel tempo: procurò buttarsele a' piedi, e dimandarle perdono: ma la Santa come offesa della di lui poca carità gli voltò le spalle, & incaminossi verso il Convento; seguivala il giardiniere, quando avanti la porta istessa del Monistero viddela disparire entro un globo di luce: allora mesto, e confuso tornossene all' Orto, dove la mattina vegnente vide accresciute sopra l'umano credere l'erbe, & i frutti raccolti dalla Santa, e da' Frati; onde raccontò il miracolo al Padrone, & a moltissima gente, che alla fama di quello era concorsa ad informarsi del prodigioso avvenimento, restando tutti sorpresi dallo stupore.

Finalmente conferma la nostra opinione l'antica, e commune tradizione, mentre fino dal tempo che da' nostri Padri cominciò a fondarsi in Palermo la Chiesa, e Convento si è tenuto da tutti, che il Corpo della Santa Vergine, e Martire Oliva fosse sepolto nella caverna della sua Cappella per cui vi si à l'ingresso dal pozzo posto nella medesima, avendo la Santa fatte altre apparizioni sopra la bocca dell' istesso pozzo, & anco nell' infermeria antica del nostro Convento, come ne parla il Padre Luca Montoja Cronista antico del nostro Ordine nel libro terzo al foglio 163.

Dall' accennate congetture, e ragioni può bastevolmente dedursi, che altrove non si conservi questo prezioso Tesoro, che nel ristretto del nostro Monistero,

ro, e tanto fermamente l'an creduto gl'antichi nostri Religiosi, che procurarono dalla fel. mem. di Papa Clemente VII. la facoltà di scavare per ritrovare, e disumare il Corpo della Santa Vergine, e Martire Oliva senza consenso alcuno dell'Ordinario, per quando Iddio si compiacerà manifestarlo. Il che fù a noi conceduto con Breve speziale spedito in Roma a' 7. Gennaro dell' anno 1524. qual Breve conservasi nell' Archivio di detto Convento, e ne fanno memoria li nostri Scrittori P. Francesco Lanovio nella sua Cronica sotto l'anno 1518. & il P. Luca Montoja anche nella sua Cronica Generale sotto il medemo anno, il quale riferisce di vantaggio, trovarsi nell'Archivio della Chiesa Cattedrale di Cefalù un' antica scrittura, che attesta il sepolcro di S. Oliva essere nel sito del nostro Monistero di Palermo.

Qui deggio parimente avvertire l'errore preso dal Ferrario, il quale nel Catalogo Generale sotto li 11. di Maggio, dice che il Corpo di S. Oliva sia sepolto nella Spagna, imperciocchè siccome osserva bene il Tomajo, non ebbe altro fondamento a dir ciò, che l'aver ritrovato assegnata sotto tal giorno la nostra Santa Vergine nel Breviario, o sia Calendario dell'Ordine di S. Maria della Mercede, non sapendosene nemeno da essi Religiosi la cagione. Ciò nondimeno sarà forse avvenuto, o per aver sentito da' Schiavi Siciliani, che condotta in Tunisi ne fosse poi seguita in detto giorno la Traslazione; o più tosto per alcun singolar benefizio ottenuto in esso dalla Santa a prò de' prigionieri dell'Africa, di che poi se ne sia perduta la memoria: Abbenchè quei Padri antichi

per proteſtare la gratitudine, di tutto l'Ordine verſo di quella, determinarono d'aſcriverla nel loro Calendario.

Quo-

A 10 Giugno ogni anno si fa la processione di S. Oliua portandosi la sua Statua d'argento con l'interuento dè Sartori, PP. Minimi, Senato Ill.^mo Capitolo, e Clero, Ill.^mo e Reu.^mo Arciu.^o di Pal.^o

Gio: Batta Catanarlici del. Gio. Batta Sintes sc.

Quolibet anno die 10. Junii celebratur festum, & fit solemnis Processio per Urbem Panormitatanam, deferendo statuam argenteam D. Olivæ.

CElebrat Ecclesia Panormitana ab immemorabili Festum D.Olivæ sub die 10.Junii sub ritu duplici cũ octava, cujus statua argentea altitudine septem palmorum tali die circumfertur per Urbem, è Cathedrali Panormitana ad nostrum Cœnobium, eamque comitantibus nostris Patribus, deferentibus torcitia accensa in manibus, Sartoribus ipsis, ad quorum expensas perpulchrè apparet adornatum Templum, & celebratur Festum Divæ Olivæ; simulque toto Reverendissimo Capitulo, ac Clero, Illustrissimo Senatu Panormitano, ac Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Archiepiscopo.

Scripserunt Vitam S. Olivæ Pater Octavius Cajetanus Soc. Jesu in tom.2. de Sanctis Siculis fol.84. & in animadver. ad tom.2. Sanctorum Siculorum fol.29. Philippus Ferrarius in Catalog. gener. Sanctorum Siciliæ. P.Joseph Spucces Soc. Jesu. P.Marcellus Crasso. P.Bernardinus Faso in quinque Virginibus Prudentibus Panormitanis à fol.64. Augustinus Inveges in Panormo Sacro fol.398. 399. & 395. Pater Franciscus Lanovius in Cronic. Minimorum anno 1518. fol. 183. P. Lucas Montoja Cronic. di S. Francesco di Paola libr. 3. anno

 1518.

1518. fol.169. P. Hieronymus Beſcapè in Ephimer. Sacr. tom. 6. fol.153. ad 10. Junii. Rocchus Pirrus tom.1. fol.81. 85.Jacobus Adria in Mazar. topogr. P. Daniel Papebrochius die 10. Junii tom.1. Sacerdos D. Antonius Mongitore nel ſuo Palermo Santificato fol. 30. Fazellus lib.8. dec.1. de rebus Siculis. Bernardus Riera. Meminit S. Olivæ Baronius in annot. ad Martyrolog. Roman. die 3.Junii,poſtquam ſcripſit de S. Oliva Virgine Anagniæ his verbis: Alia rurſus eſt Oliva, cujus his verbis meminit Fazellus de rebus Siculis decade 1. lib. 8. Panormus, inquit, maximè inſignis facta eſt ortu Olivæ, & Nimphæ Virginum, quarum clara geſta habentur. Hæc ille.

Reperitur & alia S. Oliva Virgo, & Martyr Hiſpana, cujus vitam ſcripſit Tomajus in Martyrol. Hiſpaniæ tom.3. fol.40. die 2. Maii fultus auctoritate Philippi Ferrarii in catalog. Sanctorum, qui non extant in Martyrol. Romano fol.177. die 2. Maii, qui illam diverſam facit à noſtra Oliva, cujus præclara geſta poſuit die 10. Junii fol.244.

FINIS.

Ogn' anno a' 10. Giugno si solenizza la Festa, e si porta processionalmente per la Città di Palermo la Statua d'argento di S. Oliva.

La Chiesa Palermitana celebra da tempo immemorabile la festa di S. Oliva con rito doppio di prima Classe con l'Ottava a' 10. Giugno, venerandola come una delle Principali Protettrici della Città; e per protestare verso la Santa maggiore riverenza, e gratitudine in tal giorno ne porta processionalmente per la Città la Statua d'argento d'altezza di sette palmi, cominciando dalla Chiesa Cattedrale, e terminando in quella de' nostri Padri Minimi. Intervengono a questa li sudetti Religiosi con torchio acceso in mano, la radunanza de' Sartori, (a spese de' quali si solenniza in detto Tempio la festa della Santa Vergine,) tutto il Reverendissimo Capitolo, e Clero, Illustriss. Senato di Palermo, e l'Illustrist. e Reverendiss. Arcivescovo.

L'Autori, quali anno scritto la Vita, Martirio, & Apparizioni di questa Santa Vergine, sono il P. Ottavio Gaetano. Filippo Ferrario. Marcello Crasso. Bernardino Faso. Giuseppe Spucces. Agostino Inveges. Rocco Pirri. Daniele Papebrochio. Girolamo Bescapè. Fazello. Bernardo Riera. Giacomo Adria nelli luoghi citati. De' nostri il P. Luca Montoja, P. Francesco Lanovio nelle loro Croniche Generali dell' Ordine de' Minimi. Ultimamente il Sacerdote D. Antonio Mongitore, splendore della Patria per le sue Opere.

Fa menzione di S. Oliva il Cardinal Baronio nell' annotazioni al Martirologio Romano a dì 3. di Giugno dapoi che scrisse di S. Oliva Vergine d'Anagni con queste parole: Alia rursus est Oliva, cujus his verbis meminit Fazellus de rebus Siculis Decad. 1. lib. 8. Panormus, inquit, maximè insignis facta Ortu Olivæ, & Nimphæ Virginum, quarum clara gesta habentur. *Per intercessione, e meriti delle quali si degni il Signore liberarci da presenti pericoli, e poi darci la gloria eterna del Paradiso.*

F I N E.

Icnografia ò Pianta del Giardino, Conuento, e Chiesa de' PP. Minimi di S. Francesco di Paola in Palermo sotto titolo di S. Oliua. 1716

A. Porta magg.^re della Chiesa
B. Campanile
C. Cappella di S. Oliua con pozzo
D. Porta magg.^re del Conuento
E. Spetieria
F. Antesacristia
G. Sacristia
H. Congregazione
I.^1 Magazeno
I.^2 Magazeno
K. Congregazione.
LLLL 4. Coridori del Chiostro Collonnato
L.^4 Porta della Chiesa.
M. Giardino del Chiostro con fonte.
N. Refettorio
O. Anterefettorio
P. Cucina.
Q. Officine
R. Scala Principale.
S. Cantina d'oglio.
T. Magazeno; futura sacristia
V. Riposto
X. Passetto.
Y. Portafalsa.
Z. Corridore.
&. Passetto
R. Giardino
a1. 2. 3. Magazini
b. Riposto
c. Forno
d. Riposto
e. Stalla.
f. Fenile
g. Stanza scoperta
h. Viuario
i. Pozzo.

l. Giardino
m. Cappella di S. Oliua
o.
n. Viuario del giar.
p. Stanza.
qqqq Giardino

Maestro, Tramontana, Greco, Leuante, Sirocco, Mezodì, Ponente, Lib.

Scala di Canne di Sicilia
C. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 20 30 40 50

G. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 20
Scala di canne Siciliane

D. Vincenzo Nauarra Pal.^o del.

G. B. S. S.

✠ Scalinata A. 2 Nouitiato B. 2 Studij C. 2 Libraria D. 2 Chiericato E. 4 Dormitorio F. 2 Loggia coperta, e Scoperta G. 2 Infermeria H. Officine d'Infer.^a I. 3 Astrico sopra il Chiostro K. Camere d'Officio